



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatro Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

7. de angelorum libero arbitrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

E P I T O M E
DE ANGELORVM LIBERO
arbitrio post statum viæ, & Dæmonum
virtute quoad creaturas.

DISTINCT. Septimæ
CAP. Primum.

In Angelis permansit liberum arbitrium, licet immutabiles sint à bono vel malo.

Qui boni, tanta gratia confirmati sunt, vt nequeant fieri mali, & mali in malitia adeò obdurati sunt, vt non valeant fieri boni. & tamen ytrique habent liberum arbitrium: quia & boni non aliqua cogente necessitate, sed propria ac spontanea voluntate per gratiam quidē adiuti bonum eligunt, & malum respuunt: & mali similiter spontanea voluntate à gratia destituti, bonum vitant, & malum sequuntur. & mali habent liberum arbitrium, sed depressum atque corruptum, quod ad bonum surgere non valet. Boni verò arbitrium habent multò liberius post confirmationem quàm ante, vt tradit Aug. in Enchirid. quia multò liberius est arbitrium, quod non potest seruire peccato: & cuicunque creaturæ rationali præstatur, vt peccare non possit (vt ait Aug. contra Max.) non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ: quoniam solus Deus

est, qui non gratia cuiusquam, sed natura sua
impeccabilis est.

Dilutio obiectionis.

in tra. de filio prodi- go.
Quod ergo Hieron. ait, Cætera cum sint
liberi arbitrij, possunt flecti in vtranque par-
tem, accipi oportet secundum statum in quo
creata sunt. Talis enim & homo & Angelus
creatus est, qui ad vtrunque flecti poterat:
sed postea boni Angeli ita per gratiam sunt
confirmati, vt peccare non possint: & mali
ita in vitio obdurati, vt bene viuere neque-
ant. Vnde Isid. Angeli natura mutabiles sunt,
immutabiles verò gratia.

Lib. de summo bono. 1

CAP. Secundum. In Dæmonibus subti-
litas intellectus remansit.

Lib. 2. super Gen.
Triplici acumine sciētiae (vt dicit Isid.) Dæmones
vigent dæmones, scil. subtilitate natu-
ræ, experientia longa temporum, & uere cultis natu-
ratione supernorum spirituum. Vnde quæ-
dam vera de temporalibus rebus (ait Aug.) gire possunt
noscere permittuntur.

Ca. 17 CAP. Tertium. Magica artes virtute &
scientia Dæmonum fiunt.

f. 92. b.
QVorum scientia & virtute etiam ma-
gicæ artes exercentur. quibus tamen
non tam scientia quam potestas à
deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel ad
monendum fideles, vel ad exercendam pro-

N

bandamque iustorum patientiam: vt satis colligitur ex dictis Aug. lib. 3. de Tri. Cap. 7

CAP. Quartum. *Non ad nutum omnis creatura obedit Daemonibus: nec rerum quas producunt creatores dicendi sunt.*

Exod. **N**Ec putandum istis transgressoribus Angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed Deo potius à quo hæc potestas datur. Vnde quauis Angeli mali quædam possint, per naturæ subtilitatem, quædam tamen non possunt propter Dei vel bonorum Angelorum prohibitionem. Possent utique fecisse cynifes, vt ranas serpentesque fecerunt, Quædam etiã non possunt facere, etiam si permittantur ab Angelis superioribus: quia nõ permittit Deus (vt ex Aug. satis constat. 3. lib. de Tri.) Nec sanè creatores dicendi sunt, quia per illos Magi ranas & serpentes fecerunt: sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum præbent occasiones. Sicut ergo nec parètes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum: (quauis eorum extrinsecus adhibitis motibus, ad ista creanda Dei virtus interius operetur:) ita non solum malos, sed nec bonos Angelos fas est putare creatores. Cap. 9

CAP. 5. *Solus Deus creat.*

Sicut ergo mentē nostram iustificando formare non potest nisi Deus: Prædicare autem extrinsecus Euangeliū etiā homines possunt, non solū boni per veritatem, sed etiam mali per occasionē: ita creationē rerum visibiliū Deus interiūs operatur, scilicet occulta semina rerū, quæ Deus eis indidit. Exteriores autē operationes atque contemplationes ab Angelis, tam bonis quàm malis, vel etiam hominibus adhibentur. Sed ab hominibus tantò difficiliūs, quātūm eis desunt sensuum subtilitates.

DE ANGELORVM
Incorporeitate.DISTINCT. Octauæ
CAP. Primum.*De substantia Angelorum varia opinio fuit.*

Quidam dicunt, innitentes verbis Aug. omnes Angelos ante confirmationē vel lapsum corpora aerea habuisse de priori ac superiori aeris parte formata, ad agendum, non autem patiēdum habilia: ad patiēdum enim humor & humus, ad agendum aer & ignis aptitudinem præbent: ita vt Angelis bonis qui perstiterunt, talia sunt obseruata corpora, vt in ipsis

N ij

f. 90 a.